



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio secunda. Vtrum manducatio Eucharistiæ sit homini de  
necessitate salutis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Lib. III. Distinctio. IX.

<sup>8</sup> Secundum autem utrumque modum distinctio manducationis sacramentalis & spiritualis attenditur secundi perfectum & imperfectum, nisi quod secundum primum modum distinguendi spirituali manducatio perfectior est quam sacramentalis & eam includit. Est enim sacramentalis manducatio, ut in principio distinctionis dicitur, communis bonis & malis: econtra autem est secundum modum distinguendi, quia sacramentalis est perfectio, & includit alia. Secundus etiam modus distinguendi unius alterius est, non sub altero membro. Sub sacramentali manducatione includitur utrumque membrum primae distinctionis.

<sup>9</sup> Ex his autem duabus distinctionibus conflare possumus tertiam trinam, primas duas continentem scilicet: Sufficiens enim hoc sacramentum, aut suscipit sacramentum & fructum sacramenti, sicut bene dispositi percipientes hoc sacramentum realiter, aut suscipit sacramentum, sed non fructum sacramenti, sicut illi de quibus scriptum est. Cor. 11. Qui manducat & bibit indigne, aut suscipit fructum sacramenti, sed non sacramentum, sicut illi qui voto & desiderio percipiunt, sed ab actuali perceptione impeditur sicut illi qui capiunt fuit in carcerebus Gentilium, vel qui ex debilitate seu infirmitate utrius sacramento non possunt. Apparet ergo quod sunt plures modi manducandi hoc sacramentum, & sufficiens eorum. Ad argumenta.

<sup>10</sup> Ad primum dicendum, quod minor est falsa, nam circa baptismum potest fieri omnino similes distinctiones, ut patet voluntate deducere. Quidam enim abluantur spiritualiter, quidam sacramentaliter, sive hi modi sumuntur ex parte suscipientium baptismum, sive ex parte modi suscipiendi, ut dictum est.

<sup>11</sup> Ad secundum dicendum, quod non est simile de manducatione corporalis cibi, quia fructus eius non potest percipi ex solo voto vel desiderio sicut est in spirituali cibo. Et iterum nulla dispositio praecedens requiritur in percipiente corporale cibum ad percipiendum fructum eius nisi naturalis virtus, sicut requiritur in recipiente cibum spirituali. Et ideo cibum corporalem non contingit manducare nisi corporaliter. Spiritualiter autem cibus proponitur in sacramento sub velamine rerum corporalium ratione cuius praeferre manducationem spiritualem que competit ei secundum se contingit ei viterius manducari sacramentaliter sub tali velamine.

### Q V E S T I O N E C V N D A.

Vtrum manducatio Eucharistia sit de necessitate, & cessitate salutis.

Thom. 3. q. 65. ar. 4. & 9. 73. ar. 3.

<sup>A</sup>D secundum sic proceditur. Et arguitur quod manducatio huius sacramenti sit de necessitate salutis, quia manducatio cibi corporalis est de necessitate salutis corporalis, ergo manducatio cibi spiritualis est de necessitate vitae spiritualis, ergo &c.

<sup>2</sup> Item Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis & sanguinem non habebitis vitam in vobis: sed in hoc sacramento māducatur caro Christi & bibitur eius sanguis, ergo sumptio huius sacramenti est de necessitate vite spiritualis, & per consequens de necessitate salutis.

<sup>3</sup> IN contrarium arguitur, quia illud sine quo potest haberi gratia non est de necessitate salutis, sed absque sumptio ne huius sacramenti potest haberi gratia, immo debita sumptio huius sacramenti supponit gratiam in suscipiente, ergo eius suscepit non est de necessitate salutis.

<sup>4</sup> Itē pueri baptizati si moriāt ante susceptionem huius sacramenti nō damnātur. Dammarentur autem si eius perceptio esset de necessitate salutis, ergo &c.

<sup>5</sup> R E S P O N S I O. Aliquod sacramentum potest esse necessarium ad salutem dupliciter. Uno modo ratione sui. Altero modo ratione pracepti. Ratione sui quando effectus eius est necessarius ad salutem. Et sic dicendum est, quod sacramentorum quædam sunt de necessitate salutis quantum ad communiam, ita, s. vt ab aliquo vel aliquibus de communione suscipiantur, non autem a qualibet persona: & talia sunt ordo, & matrimonium. Quod patet, quia effectus cuiuslibet istorum necessarius est communiam, nā sine ordine non essent in communione qui ministri arē sacramenta aliqua que sunt de necessitate salutis, salte sacramentum penitentiae quod est de necessitate salutis his qui lapsi

### Q U E S T I O N E I I.

312

sunt in peccatum mortale, sine matrimonio autem non maneret cultus diuinus deficientibus fidelibus, nisi enim per matrimonium aliqui generarentur educandi ad cultum diuinum statim perire totus cultus diuinus, quia tamen pro communione ad hos actus sufficiunt aliqui, ideo nō quod liber persona ad hæc sacramenta obligatur nisi in casu ubi tota communione deficeret, vbi etiam Papa suppleret.

<sup>6</sup> Alia sunt sacramenta que respiciunt personam quamlibet liber singulariter. Et de numero horum sunt baptismus & penitentia que sunt necessaria simpliciter ad salutem. baptismus quidem quoad omnes, penitentia autem foliū quo ad lapsos in peccatum mortale, & huius ratio est, quia illa sacramenta sunt de necessitate salutis quoad quamlibet personam quæ ordinatur ad tollendum defectum incompositibilem salutis, sed baptismus & penitentia sunt huius modi, baptismus quidem quoad omnes propter peccatum originale, quia omnes naesciunt filii ira Eph. 2. Ad quod tollendum ordinatur baptismus: penitentia vero est necessaria ad salutem his qui lapsi sunt in peccatum mortale quod est incompositibile salutis. Ad quod tollendum ordinatur principaliter penitentia, ergo sacramentum penitentiae & baptismi sunt de necessitate salutis, ita, s. vt actus suscipiatur vel fatem in votū, cum susceptionem corum impletatur articulus necessitatis.

<sup>7</sup> Alia vero sacramenta sunt de necessitate salutis ratione pracepti, Eucharistia, & extrema unctione. Primo quidem ratione pracepti diuinum, quia cum oīa sacramenta instituta sint propter salutem viatorum, non videtur quod absque contempnū homini viatoris posse talia totaliter dimittere habita copia ministri ea conferre valentis & voluntis, unde quia talia non recipi, puta eucharistia & extrema unctionem quando probabiliter imminet ei exitus de statu viatorum & ecclesie militantis, videtur contemnere præceptum diuinum. Et propter hanc causam dictum fuit prius dictum, quod confirmationem est de necessitate salutis quod imminet causa contempnū fidem coram persecutori, quia qui tunc non recipit sacramentum confirmationis habita copia conferens tunc pro tunc indiget eius effectu, videtur esse contempnū sacramenti, quod est contrarium salutis. Patet ergo quod eucharistia non est de necessitate salutis ratione sui quasi effectus eius sit necessarius ad salutem, cum effectus eius sit confirmation in bono, & in gratia quod pertinet ad perfectionem magis quod ad necessitatem. Est tamen de necessitate salutis ratione pracepti diuinum. Et iterum ratione pracepti ecclesie que statuit quod saltē semel in anno sumatur, s. in Paschate: vi habetur extra de pot. & re, cap. omnis virtus sexus. Ad arg.

<sup>8</sup> Ad primum dicendum quod non est simile de vita corporali quod de necessitate tendit ad definitionem, nisi ei subveniat per alimentum corporale, & de vita spirituali quod nullus potest amittere nisi voles, & ideo alimentum spiritualis potest quidem proficer ad perfectionem & augmentum vitae spiritualis, sed non est necessarium ad eius continuationem ratione sui effectus, licet sit de necessitate eius in casu propter praceptum diuinum quo quilibet adulterus tenetur hoc sacramentum recipere in hac vita, licet per praceptum diuinum non determinetur tempus nec hora quæ determinantur per praceptum ecclesie.

<sup>9</sup> Ad secundum dicendum quod illud Ioan. nisi manducaveritis &c. intelligitur de carne Christi mystica que est viri membrorum ecclesie sine qua non est salus, aut si intelligitur de manducatione huius sacramenti referendum est ad praceptum diuinum cuius ratione est necessarium ad salutem modo quo dictum est, non autem propter suum effectum.

<sup>10</sup> Alia duo arg. probant quod illud sacramentum non est necessarium ad salutem ratione sui effectus quod concessum est.

### Q V E S T I O N E T E R T I A.

Vtrum solius hominis sit sumere sacramentum eucharistie.

Tho. 3. q. 80. ar. 1.

<sup>S</sup>ECONDUM principaliter queritur de sumentibus hoc sacramentum. Circa quod queruntur tria. Primum est vtrum solius hominis sit hoc sacramentum sumere. Secundum est vtrum peccator sumens hoc sacramentum peccet mortaliter. Tertium est vtrum licet sacerdoti dare sacramentum